

Exemplis ut planiora fiant omnia, quae intendo
 Illustranda sunt et paulo uberius exaggeranda,
 hoc Comparationis Membrum brevitatis studio
 ad finem rapiatur. Sed ecce faustis auspiciis
 in albis triumphantium more quadrigis procedit Sa-
 lomon atq; longam sub se eruditorum Principum seriem
 prospectat. Cuius dico, triumphantem ex alto curru prospici-
 ore? Aquila ille est: quae supra nives, pluviam grandi-
 bus, supra nubes ac tonitrua, ex supra id omne, quod mor-
 tale est, pennarum remigiis evecta, inq; illo priori aeth-
 ere suspensa conquiescit, et nunc Solem defixis intuetur
 oculis, nunc ad fixa caelo sidera attulit. Salve ergo mihi
 summi culmen sapientiae. Salve, augustissime
 Heros, divina flumina sine murmure, in aures
 hominum, in ora et intima pectoris penetralia ab-
 ire sanctissimo sic mandantur, ut subitemq; merito,
 in ipse totus ex sapientia, an ex te tota sapientia,
 confecta fuerit. Tu sane, quum Regum non
 modo opulentissimus, sed ex mortalium sapien-
 tissimus, Philosophorum princeps, Theologorum
 non ultimus existeres, ita in admirationem ingeniosu-
 rentiaq; tuae, Reges vicinarum Gentium, rusticas,
 ut amicitiam a te foedusq; parati imparata fa-
 cere, peterent. Et tuos, mihi Alexander, quum
 iusto ordine sequaris, appello fines, tuosq; testor con-
 spicuos cineres! Revivisce, quaeso, ex quod olim
 exemplo praestitisti tuo, in praesentiarum rursus
 comprobato. Annon tu, subiectione pene totius
 orbis, inq; nomen Magni adeptus, universum prope
 orbem eruditione tua Illustrasti? Ea ipsa enim in tan-
 tum valebas: ut Aristoteli Praeceptorum libros Acroama-
 ticos, qui insignis eruditionis libri sunt vulgari succen-